

Loysius de Angelis

25

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Loysius de Angelis

25

1462-02-21

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimosecundo. Regnante... Regnato Dey gratia rege Hungarie, Ierusalem et Sicilie, regnorum eius anno tertio, dominante quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitate Mathere Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, regni Sicilie magno comestabulo etc.; mense Frebuarrii (sic!), die vicesimoprime eiusdem, decime indictionis, in civitate Mathere.

1

Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelo de eadem civitate, per provinciam terre Ydronti tantum et quo ad causas civiles decidendas, penes capitaneos et baiulos ipsius civitatis, reginali auctoritate ad contractus iudex, Antonellus domini Guilielmi de Mormilis de Montemurro de eadem civitate, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, dompnus Dominicus de Genusio, dompnus Valentinus de Candito, dompnus Guilielmus Colucii de Ansio, Donatus Viti magistri Iohannis, Iohannes de Mino et Clemens Viti de Paradiso, testes... fatemur quod..... constitutis Rosa Nicolai Piperis de Matera et Margarita eius filia et Antonio Caruso, iugales, stante cum dicta Rosa Iohanne magistri Eustasii de Matera pro mundualdo electo et petito per eam, datoque per me notarium ac per Salvagnum Ioannucii Angeli Boni de eadem civitate, baiulum credenczerium principalem curie civitatis Matere presentis anni decime indictionis, in defectu sui legitimi mundualdi quo carere se dixit ad presens, prefata Rosa asseruit quod, cum esset etate decrepita et *Errore per Ferdinando*

male sana de persona, a diu paupercula cum maxima necessitate nec posset nullatenus se adiuuvare, oportuit se ipsam vendidisse paulatim de bonis suis causa se nutriendi et alandi, calciandi in egritudine persona sua ut manifestum apparet. Et quia domina et patrona est de bonis suis, sua vita durante facere quicquid velit, pro maiore declaratione infrascripta bona sua docuit vendidisse, videlicet: cultram unam, mantellum unum de pagno brevi, caputeum unum de pagno brevi, camiseam unam de lino, vegetem unam pro reponendo frumento, par unum de catenis ferreis, capitale unum album, caldariam unam, gramulam unam, cannam unam de ligno, tinellum unum, scriniolum unum, plancam unam ad sex pedes, plancam unam rotundam, corrigiam unam de argento albo assignatam dompno Franco de Capua et multa alia egrabilia et suppellectilia domus. Rosa asseruit quod nil aliud se dixit habere et restare de bonis suis nisi tantum penes se tarenos viginti pro resta venditionis quos tenet quotidie labessente pro vita sua substantanda donec vixerit, et quia non sufficiunt, oportet quod vendatur quedam griptam suam quam dixit habere in Saxo Barisano civitatis Mathere, ut se nutriat et substantet eo maxime in egritudine et in cubile maiorem partem anni. Dicta quidem Rosa, sub cuius mundio se esse recognovit consensu et auctoritate sibi prestanda in tota huius publici scripti serie, animadvertens in mente sua ut inter heredes et successores suos, quia iam appropinquabit hora eius mori, voluit ex nunc prout ex tunc ore proprio suo declarare quia omnia bona sua vendita fuerint per eam, eo maxime quia dicta Margarita filia ipsius Rose et Antonius Carusus, eius maritus, fuerint eidem Rose boni caritose gubernando, custodiendo, adiuuvando eidem in omni necessitate, tam tempore egritudinis quam tempore

sanitatis. Nolens igitur dicta Rosa ut predictis Margarita et Antonio Caruso aliqua molestia inferatur per aliquos heredes et successores suos, confessa est eadem omnia bona per eam vendita absolvens eosdem Margaritam et Antonium et eorum heredes...

Quod scripsi ego prefatus Antonellus domini Guilielmi de Mormilis notarius. † Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis qui supra ad contractus iudex me subscripsi. † Ego dompnus Guilielmus Colucii de ×××. † Signum crucis proprie manus Donati ×××. † Signum crucis proprie manus Iohannis ×××. † Signum crucis proprie manus Clementis Viti de Paradiso ×××. † Ego dompnus Valentinus de Candito qui supra testis me subscripsi. † Ego donnus Dominicus qui supra testis testor.